Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>  Kontakt:<a href="https://www.stiftstams.at/" target="_blank"> Stift Stams</a>   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



cum: qui extulerit sepulturaeq; mandauerit: Opis autem cum souem pe
pensset: subtraxit infantem: eumq; nutriendum furtim misit in cre
tam rursum imprudentium reprehendam necesse est: Cur h. rñsu;
ab alio potius accepit: Cur in caelo constituitur in terra non uidebat: cur
cum corybantes cymbalis fefellerunt postremo cur ex extitit uis aliq
maior: quae illius uincere potestatem Ni mirum senex a iuuene fac
le uictus est. ac spoliatus impio: fugit igitur expulsus: & in italiam nau
gio venit: cum erraret diu: sicut Ouidius in fastorum libris refert: Cui
saturnus superest: Tuscum rate venit ad amnem: Ante pennato fulcifer or
be deus: Hunc errantem atq; inopem iacus excepit: cuius rei argum
ta sunt nūmi veteres: in quibus est cum duplici fronte Janus: & in alterā
parte nauis: sicut idem poeta subiecit: At bona posteritas puppim forma
uit in aere: Hospitis aduentum testificata dei: Omnes enim non tantū
poetae: sed historiarum quoq; ac rerum antiquarum scriptores hoīes
fuisse consentiunt: qui res eius in italia gestas memoriae tradiderunt:
Graeci diodorus & thallus. Latini Nepos & cassius & varro. Nameū
agresti quodam more in italia uiuerentur: id genus indocile ac dispersum altis montibus composuit: legesq; dedit: Latinos vocari maluit: his qm
latuisset tutus in oris. censet ne aliquis deum fuisse: qui pulsus est: qui
fugit: qui latuit: Nemo tam stultus est: Quis h. fugit aut latet: & cum
& mortem timeat necesse est: Orpheus quia temporibus eius fuit recentior: apte Saturnum in terra & apud homines regnasse commemorat

trem noster maro Aureus hanc uitam in terris Saturnus agebat: Et
alio loco. Aureaq; ut perhibent illo sub rege fuere. Secula. sic placida po
pulos in pace regebat: Neq; superos dixit in caelo uitam. neq; inferos
superos in pace regisse: Vnde apparet illum regem fuisse terrenum: quod
alibi aptius declarat: Aurea conder secula: qui rursus latio regnata per
arua: Saturno quōdam. Ennius quidem in euhemero non primum
dicit regnasse Saturnum. sed uranum patrem fuisse inquit primus i
terris impium summū caelum habuit. sed regnum una cum fratribus su
is instituit atq; parauit: Non magna dissentio siquidem maximorum
auctorum de filio ac patre dubitatio est: Sed tū utrumq; fieri potest ut & pri
mus uranus eminere inter caeteros potentia coepit. & principatū habere nō
regnum. Postea Saturnus maiores sibi opes comparauerit. ac regni nomē
asciuerit: &:-